DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

4.

DE

SIMPLICI LUIS VENEREÆ CURANDAE METHODO.

AUCTORE

JÜRGENO CHR. BUCHHEISTER Dr.

HAMBURGICO.



GOTTINGAE

Typis Dieterichianis

MDCCCXXX.

CLARO

J. C. G. FRICKIO.

AUCTOR.

Index.

L I B R I,

QUOS AD HANC DISSERTATIONEM PERFICIENDAM IN CONSILIUM VOCAVI:

Kurt Sprengel Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneykunde. Halle 3te Aufl.

Celsus de medicina Lib. VIII.

Astruc de morbis venereis.

L. A. Ritter demonstratio quod atrocissima luis venereae symptomata non sint effectus morbi, sed curae mercurialibus institutae. 1747. Erfordiae. 4.

Andrew Duncan Observation and Use of Mercury in the Venereal Disease. Edinburgh. 1772.

Girtanner Abhandlung über die venerische Krankheit. Göttingen. 1788.

John Hunter on venereal disease.

Hufeland's Journal.

Hufeland's Bibliothek.

Richard Carmichael Essay on the venereal diseases which have been confounded with Sy-

philis, and the Symptoms which exclusively arise from that poison. Dublin. 1814.

J. C. Rousseau in Medical Museum of Philadelphia. 1807.

J. C. Rousseau Sketches on Venereal Complaints (in the American medical Recorder Vol. III. 1820. p. 176.

Sur ea Non-Existence de la Maladie Vénérienne, Ouvrage dans lequel il est prouvé que cette maladie, inventée par les médecins du quinzième siècle, n'est que la réunion d'un grand nombre d'affections morbifiques de nature différente, dont on attribue faussement la cause à un virus contagieux, qni n'a jamais existé. 1811.

W. M. Fergusson Observations on the veneral disease in Portugal etc. (in Medico-Chirurgical Transactions of London. Vol. IV. 1813. pag. 1 - 17).

Rose Observations on the treatment of Syphilis (in Medico-Chirurgical Transactions. Vol. VIII. p. 349).

Guthrie on the treatment of the venereal Disease withnut mercury (Ibid. pag. 545).

John Thomson Observations on the Treatment of Syphilis etc. (in Edinburgh Medical and Surgical Journal. Vol. XIV. pag. 85).

Hennen Observations on the cure of Syphilis. (Ibid. pag. 201).

C. H. Todd Surgical Rapport containing au account of those affections of the penis which

etc. (in the Dublin Hospital Reports and Communications in Medicine and Surgery. Vol. II. Dublin. 1818. pag. 153).

John Ware some account of the late experiments on Syphilis with remarks on the nature and treatment of venereal diseases (in the New-England Jeurnal of Medicine and Surgery. Boston. 1820. Vol IX. pag. 359).

Phinney Cases of Syphilis cured without mercury (in the New-England Journal of Medicine and Surgery. Vol. IX. 1820. pag. 235).

Samuel Hill On the simple Treatment of Syphilis (in the Edinburgh Journal. Vol. XVIII. pag. 567-593. 1822).

Henry Robertson Some Remarks on Lues Venerea (in the London Medical Repartory etc. Vol. IX. London 1818. pag. 459-466).

Thomas Alcock Observations on the successful Treatment of Syphilis, in the primary stage, without Mercury. (Ibid. pag. 466-473).

J. Cole On the Existence of a Syphilitic Virus, over which Mercury has been supposed to possess a Specific Power (in the London Medical Repository etc. Vol. XIV. London. 1820. pag. 265-273).

J. Bartlet Dissertatio Medica Inauguralis de Syphilidis Tractatione sine Hydrargyro (Dissert. Edinburg. 1818. P. 4).

M. Mahony Dissertatio de Syphilide absque Hydrargyro curanda etc. Edinburg. 1820. (Dissert. Edinburg. 1820. P. 6).

J. Somerville Dissertatio medica inauguralis de Syphilide, ejusque curatione sine Hydrargyro. Edinb. 1820. (Dissertat. Edinburg. 1820. P. 6.)

V. A. Huber Bemerkungen über die Geschichte und Behandlung der venerischen Krankheiten. Stuttgart und Tübingen. 1825. 8.

Fr. Wilh. Oppenheim: Ueber die antiphlogistische Heilmethode der Syphilis und ihre Anwendung im allgemeinen Krankenhause zu Hamburg. (in Rust's Magazin Tom. XXI. 1826. pag. 389-405).

Simon: Ueber den Sublimat und die Inunctionenkur, mit besonderer Beziehung auf Dzondi's neue zuverlässige Heilart etc. Hamburg 1826.

Dzondi: Neue zuverlässige Heilart der Lustseuche in allen ihren Formen. Halle. 1826.

Fr. Wilh. Oppenheim Behandlung der Lustseuche ohne Quecksilber, oder die nicht merkuriellen Mittel etc. Hamburg. 1827.

J. C. G. Fricke Annalen der chirurgischen Abtheilung des allgemeinen Krankenhauses in Hamburg. Hamburg bei Perthes und Besser. 1828.

M. J. Desruelles: Ueber die Behandlung ohne Quecksilber etc. Uebersetzt von G. B. Günther. Hamburg. 1829.

Simon in den Heidelberger klinischen Annalen. Band 2. 1826.

DE
SIMPLICI LUIS VENEREAE CURANDAE METHODO.

INTRODUCTIO.

Nunquam fere hypotheses aut experimenta ita stabilita videbantur, ut seriora tempora corrigere vel limitando vel latius extendendo, aut funditus evertere non potuissent.

Persaepe quidem saeculum e saeculo hausit sententias, nullisque praemissis demonstratis, magis magisque animos dominari conatum est. Sed demum ipsa veritas, sublata vetustatis religione, desideratur.

Omnium ceterarum doctrinarum more medicinae quoque, ut facile cogitari potest, haec sors fuit. Dogmata ejus persaepe certissima omnibus temporibus videbantur, quippe quae expertis tutissime fundarentur. Tum alter Petrus Ramus surrexit, dogmatibus fulcimina credulitatis submoturus, quem secuta est aut veteris systematis ruina, aut minor pro tempore tantum auctoritas. Eodem modo quoque singulae artis

medicinae partes tractabantur. Anatome per longum temporis spatium e Mundini arbitrio pendebat, omnesque abnorme vocabant, quod in Mundini libro non inveniebant. — Quamdiu chemici laboratorium nil nisi auri fabrica fuit? utilitatem enim in lucro, non in ipsa doctrina sitam esse putabant. — Therapia modo mathematico, modo chemico, modo, et saepissime quidem, philosopho subdita erat; quos omnes posterior aetas derisit, nihilo tamen minus iisdem seu similibus vitiis laborabat. Demum vero veritas victrix exstitit, expertis et cogitatione eodem modo usa. —

Per tria saecula jam summa voluptas syphilide turbatur. Omnes eam vere existere contendebant, jam vero complures eam *a*) nequa-

---

a) RICHOND, LEFEBURE aliique sententias, quas BROUSSAIS docet, sequentes.

When I saw, over and over again, that every venereal sore, whether primary or secondary, could be cured without mercury, I could no longer pause, but became a couvert to the opinion, "that there is not in nature a syphilitic virus requiring mercury for its destruction". — COLE pag. 266.

I have never been induced to believe in the existence of a syphilitic poison sui generis, and capable to reproduce the same disease, characterised of the regularity of its symptoms and its time of duration like all other specific virus. — J. C. ROUSSEAU pag. 173.

Nous avons prouvé, dans le cours de cet ouvrage: que la vérole n'est autre chose que l'assemblage de différentes maladies reconnaissant différentes causes; que cet assemblage est l'ouvrage des médecins, et n'existe point dans la nature. Sur la Non-Existence etc.

quam existere confirmant. Quisque remedium novit: ante tria saecula tantum *b*) nonnulli, et *c*) pauci praeterea ante haec tempora, contra hoc remedium disputabant. Nunc vero in dies singulos numerus crescit adversariorum. Experta expertis, hypotheses hypothesibus apponuntur. Hac quoque in re posteriora tempora judices esse jubeamus, certe enim et hic verum rectumque manebit.

NONNULLA DE HISTORIA ET ORIGINE MORBI.

Utrum ex *d*) America morbus in Europam transierit, an ex *e*) alia terrae parte, an inde

---

b) Hydrargyrus ab antiquis damnatus. Astruc. Lib. II. Cap. VII.

c) Besnard, qui ut Peyrilhe alcalia commendavit, et tincturam sic dictam antisyphiliticam composuit, quam a multis laudatam alii rejecere. Ritter etiam alcalia laudat. —

d) Oviedo; Astruc. Serioribus temporibus studio et ira incensus Girtanner hanc sententiam tuetur, quem permulti secuti sunt. — Carmichael Astruccum demonstrasse contendit morbum ex America in Europam transvectum esse.

e) Cujus sententiae fautor praecipue Hensler exstitit, qui summa sagacitate et doctrina opinionem de americana morbi origine evertit eruitque. Neque Sanchez et Gruner contra illam opinionem non disputabant.

ab *f*) antiquissimis temporibus europaeus fuerit, an e singulari quadam rerum *g*) conditione, an ex *h*) alio morbo originem duxerit, haud dijudicatum est, neque ego dijudicare audeo. Quas mihi tractandas proposui quaestiones, hae sunt: Estne revera venenum syphiliticum? Quod si esse statuimus: Egetne hydrargyro semper, an interdum, an numquam?

Primae quaestioni responsurus ante omnia observandum essc puto immerito omnes medicos illius temporis, quo Syphilis primo apparuit, talis erroris criminari, quod morbum veterem, aut potius seriem morborum veterum non cognossent, novumque esse contendissent, quo *i*) stupefacti remedia usitata ab initio paene non adhibere auderent, et postea sine effectu praescriberent, de quo morbo novas semper proposuissent con-

---

f) Il n'existe pas une seule maladie, un seul dérangement de l'économie animale, attribué au virus vénérien, qui n'ait été connu des médicins grecs et romains. Sur la Non-Existence. pag. 8.

g) DESRUELLES.

h) SPRENGEL permultis argumentis luem veneram e lepra ortam et primo per MARRANES in Italia et praecipue Romae disseminatam esse ostendere conatur.

i) Medici, qui circa luis venereae ingressum in Europa florebant, morbi novitate et ferocia stupefacti, haesere diu ancipites, quid agerent plane nescii: nec enim audebant morbi curationem aggredi, cui se impares esse sentiebant. ASTRUC. Lib. II. Cap. VI.

jecturas, quum potius in k) Graecorum Romanorumque scriptis rectiorem cognitionem discere debuissent; nam revera medici illius saeculi distinctiones inter hunc morbum et alios morbos, et praecipue cutaneos fecerunt: revera fortissima adhibuerunt remedia, sed uno ore omnes morbum remediis fortiorem esse confessi sunt. Eodem modo mihi sententia, quam Desruelles his temporibus in medium protulit, displicet. Dicit enim hunc morbum concursu immunditiei, malorum nutrimentorum, caloris, inundationisque ortum esse, nam quum has res persaepe simul fuisse constet, cur hic morbus antiquissimis temporibus non apparuit, cur tam perseverans per tria saecula fuit, cur fere per coitum tantum inficit, cur non his temporibus, confluentibus iisdem rebus, vetusta illa gravitate in aliqua terrae parte sine coitu apparet?

Mihi quidem maxime placet, aliquo tempore ante Americam detectam Contagium sui generis in Europa surrexisse, qua vero de caussa, diju-

k) Cujus opinionis levitatem jam Astruc (Lib. I. Cap. I.) confutat: „Lues venerea nec Graecis, nec Romanis olim nota fuit. Hoc probatur: 1. Silentio medicorum omnium; 2. Silentio historicorum veterum; 3. Silentio poëtarum caeterorumque scriptorum antiquorum; 4. Diversitate et inconstantia appellationum, quibus lues venerea initio designata fuit: a. a symptomatibus morbi; b. a nominibus Sanctorum, quorum aegri praesidium implorabant; c. a diversis nationibus unde morbus transmissus videbatur, deductarum; 5. Testimonio medicocorum omnium, qui Carolo VIII. suppares vixerunt."

dicari non posse persuasissimum habeo; diversas terrae partes diverso modo vexasse, hac quidem lege, ut eo gravius eas oppresserit, quo alieniores ipsi essent. Sed sensim sensimque, quum in iis conditiones, quibus sustineretur, non sufficientes inveniret, et fortasse etiam, quum in iis per compluria saecula tam saepe felici eventu vinceretur, vi destitutum *l*) nunc in eo est, ut plane evanescat. Sic forsitan ad eam pervenire possumus persuasionem, hunc morbum prioribus temporibus, quum maxima gravitate vexaret, sanabilem per hydrargyrum tantum fuisse, qui tum saepissime nil effecisset, quod tamen non arti medicae inexpolitae tantum adscribendum sit; his autem temporibus lenioribus vinci posse remediis.

DE HYDRARGYRI USU.

Primis temporibus methodus antiphlogistica contra hunc morbum in consilium vocata est,

---

l) Hoc jam complures veteres scriptores crediderunt: Hieronymus Mercurialis (Tractatus de morbo gallico Cap. 2.) putat: procul dubium futurum esse, ut quandoque pestis haec prorsus finiatur etc. Vidus Vidius (De curatione morborum Sect. 2. Lib. 3. 1550) dicit: credibile est, hunc morbum aliquando cessaturum, idque vel ex eo comprobatur, quod in dies lenior efficitur ac mitior. — Hieronymus Fracastorius (Syphilidis Lib. I. 1530) canit:

Namque iterum cum fata dabunt labentibus annis,
Tempus erit cum nocte atra sopita jacebit
Interitu data.

sed tum eam non id, quod nunc quotidie, effecisse jam inde patet, quod antiquissima haec methodus sensim ab omnibus relicta est. Diversissima *m*) remedia tanquam specifica laudata, aliud post aliud oblivioni data sunt. In dies enim *n*) hydrargyro magis magisque utebantur, nunc enim specificum inventum esse exclamabant, omnibus optatis respondens, si optima tantum methodus ejus adhibendi reperta esset. Quo facto tres ejus adhibendi methodi exstiterunt:

I. usque ad vehementem salivationem, nam salivam putabant esse criticam. Haec methodus praecipue Parisiis florebat;

---

m) Quodvis remedium sectatores habebat, qua re Mittie adductus est, ut cuivis fere plantae vim luis venereae sanandae inesse pronuntiaret. Jean Stanislas Mittie observations sommaires, sur tous les traitements des maladies vénériennes particulièrement avec les végétaux.

n) Primi omnium Medici Arabes ausi sunt Mercurium exterius adhibere. In quo sectatores habuerunt fere omnes Medicos, qui in Europa vixere a saeculo undecimo. Adhibuerunt eum autem ad scabiem, herpetem, ceterasque cutis defoedationes sanandas. Unde ad curationem luis venereae accommodatus ex analogia. Primis luis venereae temporibus in unguenta admissus, sed parcissima dosi et cautione maxima. Ea methodus cito infamata fuit Empiricorum imprudentia. Inde factum ut Guajacum, radix Chinae, sarsaparilla, et sassafras miro cum applausu excepta fuerint aliquandiu, sed comperta linguorum illorum inefficacia, ad hydrargyrum redeundum fuit. Astruc Lib. II. Cap. VII.

II. *o*) usque ad prodromos salivationis: methodus exstinctionis, qui inprimis Monte Pessulano observabatur;

III. Ne ad prodromos quidem salivationis. Hac methodo praecipue his temporibus plerique utuntur.

Hydrargyrus autem in corpus humanum fumo, balneis, inunctione, vulneribus consilio factis, clysmatibus, et per os inductus est.

Cum omnibus fere corporibus conjunctus adhibitus est: cum Oxygenio, Chlorina, Sulphure, Antimonio, Cupro, diversissimis acidis, saccharo, Gummi etc. Nova semper methodus ejus adhibendi veterem secuta est, et vetere semper, siquidem per tempus oblivioni data, denuo utebantur, ita quoque clarus Rust methodo inunctionis; Wedekind mercurio sublimato corrosivo, cui quondam van Swieten auctoritate, qua florebat, tanquam remedium omnium optimum laudem quam maximam impertire scivit. Hunczovsky, van Störck, Bromfield contra hoc remedium primi disputare audebant. Schmidtmann *p*) his temporibus denuo mercurium sublimatum defendens, Swietenium nullo modo a chirurgis, quos ut hoc remedium in aegrotis syphiliticis experirentur jusserat, deceptum esse, quod Brom-

---

o) Primus eam commendavit, Haguenof (Mémoire, concernant une nouvelle méthode de traiter la verole. Montpellier. 1734. 8) qui medicinam Monte Pessulano docebat.

p) Einige Bemerkungen über die jetzt ganbaren Hungerkuren von C. J. Schmidtmann in Hufeland's Journal. 1829. Neuntes Stück.

FIELD aliique contendissent, demonstrare studet. — Alii hydrargyri maxime usitatas compositiones quadam proprietate adhibebant, easque persaepe circumforaneorum more jactabant uti DZONDI.

Novissimis temporibus methodus antiphlogistica a FERGUSSONIO, qui in Lusitania medicos eam adhibere viderat, denuo ut jam *q)* prius, maximis laudibus celebrata est. In *r)* Anglia, Gallia, Germania, America omnes, in quibus periculum fiebat, morbi syphilitici per eam sanati sunt. In dies numerus eorum, qui optimam eam laudant methodum, crescit: nam nunquam deerant: et persaepe maximi hydrargyri laudatores, qui sincere, quantopere vehemens hoc remedium interdum noceret, palam dicebant. Ita ASTRUC Lib. IV. Cap. VIII. loquitur: "Haemoptysis, Insultus morbi caduci, Exacerbatio do-

---

q) SEBASTIANUS BRANT "sola, inquit, juvat — phlebotomia frequens". — CONRADINUS GILINUS: „Cura hujus aegritudinis tribus completur instrumentis. Primo, regimine et nutritiva h. e. diaeta; secundo, phlebotomia et purgatione; tertio, balneatione in decocto herbarum emollientium, et inunctione partium dolentium cum linimento attenuante et incidente". Methodus curandi febres Cap. 48. Luisi. Aphr. II. 805. Eodem modo loquitur DOMINICUS LEO.

r) Per quatuor jam annos, (Scriptor. hoc in publicum edidit. 1820.) medici militares huic rationi medendi (antiphlogisticae enim) pleraque millia virorum subjecerunt; Quorum Ne Unus Quidem Non Felicissime Eaudem Subiit; neque unquam pessima indicia syphilidis inveteratae hanc exceperunt curationem. SOMMERVILLE pag. 6.

lorum arthriticorum, rheumaticorum, ischiadicorum, abortus in praegnantibus, ulcera oris phagedaenica, oris strictura seu capistratio etc. nonnunquam pleniorem hydrargyri sequuntur usum." Et Carmichael (pag. 58.) dicit: "When the constitution has been incessantly harrassed by mercury, it induces dropsy, various nervous affections, epilepsy, mania, and fatuity." Henry Robertson, qui summo studio mercurium in omnibus morbis syphiliticis optimum esse remedium contendit, hoc dicit (pag. 461.): "At the same time I must observe, that although I am convinced, by experience, of the superiority of mercury over all antisyphilitic remedies, I am of opinion that no remedy has been so injudiciously administered in the whole circle of medical practise, as mercury for the cure of the venereal disease. The indiscriminate and excessive proportion in which it has commonly been prescribed, have in a multitude of cases defeated the intentions of the practitioners, and ruined the health of the patients. The most difficult cases of constitutional lues I have had to treat, have been people who had originally suffered from the excessive quantity of mercury administered to them: without one exception they have all undergone a greater or less degree of salivation." His viris tali modo de hydrargyro loquentibus, quis miretur strenuum Colium (pag. 267) his uti verbis: "I am now fully persuaded of the inutility of mercury in any stage of the venereal disease, and I therefore deem it my duty to put a stop to the pernicious practise that has so long prevailed, of indiscriminately administering it, as far as is in my power. Every

one who has had common opportunities of witnessing the old treatment, must have encountered many poor wretches, reduced to the extreme of misery by the abuse of this mineral." —

Quae quum ita sint permulti summo gaudio methodum antiquo multo leniorem exceperunt. Amatores autem hydrargyri viris, qui periculosum hoc remedium timebant, omne periculum, respondebant, e nimio ejus usu pendet. Igitur permagni momenti esset, hydrargyrum non nimia quantitate adhibere.

SIGNA SUFFICIENTIS HYDRARGYRI USUS.

Ne hydrargyrum nimia quantitate adhibeamus, certa signa sufficientis ejus usus desiderantur, quae tamen nullo modo constitui possunt.

Num novisti aliud signum, num hic vel ille morbus sit syphiliticus an mercurialis, quam quod hydrargyrus in eo prosit aut noceat? Ita permulti quemvis morbum esse non syphiliticum dicebant, qui sine hydrargyro sanari possit, aliique omnem morbum esse syphiliticum affirmant, qui hydrargyro tantum curetur. Acer Cole (pag. 269) dicit: "Ms. Hy, whose name is associated with ingenuity, industry, and integrity (beguilded by this non-entity — credit enim revera existere virus venereum, quam opinionem Cole impugnat) has laid dawn a rule, that a disease is syphilitic if it can be cured only by mercury (if such a disease there be); be cause, forsooth,

John Hunter has said, that a disease, that could be cured without that mineral, was not syphilitic. Thus, reasoning from false premises, and in a vicions circle, we arrive at conclusions the most absurd. I will say, with my friend, Samuel Cooper:" Perhaps there is no greater source of error in the whole practice of surgery, than the supposition that a sore, when it yields to mercury, must be of a syphilitic nature."

Nonne sunt homines, qui quavis hydrargyri compositione male afficiuntur? In his igitur quovis signo sufficientis hydrargyri usu caremus, quum hydrargyrus ab initio noceat. Num sapienter seu acute concluditur, hunc vel illum morbum larvatum esse venereum, propterea quod hydrargyrus in eo sanando felici eventu adhibeatur? Estne verum an falsum, quod vir illustris *s*) Hecker dicit: "Was man so oft als ausgeartete, verlarvte Lustseuche beschrieben hat, war oft nichts anderes als Quecksilberkrankheit, und wenn ich einen Blick auf die vielen Kranken werfe, die mir in dieser Art vorgekommen sind, auf die Krankengeschichten, die ich aus vielen Gegenden zum Gutachten erhalten habe, so muſs ich mich überzeugen, daſs eben so viele und vielleicht noch mehrere Menschen durch fehlerhafte Heilmethoden der venerischen Uebel unglücklich, wenigstens in ihrer guten Constitution zerrüttet worden sind, als durch diese Uebel selbst." — Nonne risum movet nobis legen-

---

s) Ueber die groſse Verschiedenheit der venerischen Krankheitsformen etc. in Hufeland Journal Tom. 26. St. 4.

tibus *t*), quousque virus venereum adesse credebatur, et eo ipso hydrargyrus adhibebatur, qua in re ejus adhibendi fines difficiles inventu erant. Quare his omnibus consideratis signa sufficientis hydrargyri usus nulla esse nobis confitendum est.

SIGNA MORBI VENEREI PATHOGNOMONICA.

Quodvis fere ulcus in partibus genitalibus quasi venereum habebatur et tractabatur, aegroto se infectum esse sive affirmante sive negante. Infantes pertinaci quadam impetigine affecti, si alter parentum quondam syphilitico morbo correptus fuerat, uti venerei habebantur et tractabantur. Talis curatio a saeculo ad saeculum serpit! Sed quam ob rem in his morbis hydrargyrum non adhibere debebant, quum quivis morbus syphiliticus sua habeat symptomata,

t) Mr. HEY also asserts, "that a man may communicate the lues venerea after all symptoms of the disease have been removed, and he is judged to be in perfect health". What an alarming doctrine! COLE. 269.

Ein Mann, der nicht venerisch war, es aber vor zwei Jahren gewesen zu sein eingestand, steckte seine Frau an. Die Mutter, obgleich sie durch eine volle Quecksilberkur geheilt war, erbte die Krankheit dennoch auf ihre drei nächsten Kinder fort, die später geborenen blieben aber verschont. — THOMAS COOKE Bemerkungen üb. d. Art d. Mittheilung etc. in HUFELAND's Journal. Tom. 42. St. 3.

quae signa pathognomonica omnem erroris metum auferunt? Viris, haec mihi opponentibus, accurate respondere conabor.

Gonorrhoeam nonnunquam ex aliis caussis oriri, saepissime autem e syphilitico viro originem ducere tradunt. Sed Gonorrhoeam ex aliis caussis ortam nullo modo ab ea distingui posse, quam virus excitet venereum, fere omnes affirmant. In Gonorrhoea syphilitica hydrargyrus igitur praescribitur. Sic cogitare fas esset, sed hac in re nullam consensionem cum dogmate, quod quivis morbus venereus hydrargyrum requirat, invenio. Prioribus temporibus medici hydrargyrum praescribebant et gonorrhoeam, prout diaeta bona aut mala erat, sanabant aut non sanabant. Sed sensim medici eam antiphlogistica methodo injectionibusque curare coepere, et brevi tempore morbum alias diuturnum sanabant. Sed quid facere poterant, ut haec res opinioni de viro venereo non contradiceret, quod semper hydrargyrum ut specificum requireret? Duo esse dicebantur *u*) Contagia *v*), alterum gonorrhoeam, alterum exulcerationem excitare, quorum alterum cum hydrargyro tantum, alterum sine eo vinci posse. Haec sententia a permultis impugnabatur. Certabant certant-

---

u) CARMICHAEL (pag. 76.) gonorrhoeam morbum non syphiliticum, sed cum syphilitico morbo confusam esse contendit.

v) Quae sententia primo a F. BALFOUR (Dissertat. Medic. Inaugural. De Gonorhoe Virulenta. 1767.) in publicum edita, postea a DUNCANIO et BENJAM. BELLO tuita, ab ingenioso J. HUNTERO vehementer impugnata est.

que, sed pro salute aegrotorum methodus antiphlogistica perstabat.

Quid sit ulcus venereum (Schanker) perdiu aliter non definire poterant, quam hoc modo: ulcus post impurum coitum in partibus genitalibus aliisque partibus, quas contagium attigerat, ortum, et ulcera, quae haec ut secundaria sequebantur, quibus omnibus lues perfecta succedebat. Haec definitio tandem haud satisfecit medicis. J. Hunter, vir summa sagacitate praeditus, meliorem ulceris syphilitici definitionem dare conatus est, quam solers Carmichael amplificavit: „The sore is some what of a circular form, excavated, without granulations, with matter adhering to the surface, and with a thickened edge and base. This hardness, or thickening, is very circumscribed; not diffusing itself gradually and imperceptibly into the surrounding parts, but terminating rather abruptly". Haec definitio usque ad hunc diem a plerisque omnibus optatis respondens habebatur.

Sed veteribus temporibus nonnulli, novissimis autem permulti, ulcus venereum ab ulcere non venereo nullo modo distingui posse contenderunt. Sic loquitur Christ. Girtanner (Buch I. Cap. I. pag. 11): "Wahre chankers mit weifsem rande und speckigtem grunde, phimosis, paraphimosis, warzen und auswüchse aller art, habe ich und verschiedene meiner freunde sehr oft bei personen gesehen, wo aller verdacht einer venerischen ansteckung wegfiel und die reizende ursache deutlich genug war". Fricke (in praefatione ad versionem libri, quem Desruelles edidit) dicit: „se nulla signa scire pathognomo-

nica ulceris syphilitici, quum ulcera, ab hydrargyro sublimato corrosivo orta, eodem modo appareant, eundemque decursum sequantur". — Ware (pag. 361) "The variety, inquit, of character in the ulcerations which attack the penis, renders it impossible to say, with certainty, what is and what is not syphilitic in any particular case." — Todd (pag. 179) his utitur verbis: "After a great deal of hospital experience, and much attention to the subject, I am still unacquainted with the pathognomonic symptom of the venereal sore, or with any distinctive mark, the existence of which would justify a practitioner in pronouncing that a recent ulcer on the male organs of generation was positively syphilitic. The circular depressed ulcer, with hardened basis and elevated margin, I long acknowledged as the genuine primary symptom of syphilis, but I have, within these few years, met with so many cases of ulcers accurately corresponding in appearance with this, where no venereal taint could have been suspected, and I have seen these ulcers so frequently under circumstances strongly apposed to their syphilitic origin, that I now look upon them to be as equivocal as ulcers of any others description." — Simeon *w*) haec dicit: "Ich glaube durch mehrfache Erfahrungen zu der Behauptung mich berechtigt, dafs jedes Geschwür an den Geschlechtstheilen, vermöge der organischen Structur und Eigenthümlichkeit dieser Gebilde, mehr oder weniger den syphilitischen ähnlich seyn

---

w) Hufeland's Journal. 1827. Stück VI. pag. 89.

wird." — HILL (pag. 570) asseverat: "Ulcers on the genitals, arising from any othes cause than that of syphilitic affection, occasionally, and very often, do present an assemblage of more or fewer of those appearances which have been considered as characteristic of a truly syphilitic ulcer." —

Ulcera, quae primo pathognomonica illa signa non habuerunt, paucis post diebus caussa irritante admota, ostendunt talia signa; eodemque modo iis destituuntur caussa irritante remota. DESRUELLES dicit (pag. 7): "nulla esse signa pathognomonica ulceris venerei, et tale ulcus distingui non posse ab ulcere, quod ex aliis caussis originem duxerit, et si in quibusdam hominibus ulcus non venereum irrites, omnes species ex arte effici posse, quae descriptae sint, uti ulcus HUNTERIANUM etc." — JACOBUS BARTLET *x*) (p. 3) "Difficillimum, inquit, est, quando sint ulcera vere Syphilitica. Hanc in sententiam ire nobis persuasum est ex his causis insequentibus: 1) Quia singuli nobis apparuerunt, formis ulcerum genitalium peculiaribus opportuni esse, de quacunque causa haec exorta essent; 2) Quia ulcera characteres varios possidere videntur, secundum structuram aut functiones partium singularum ex genitalibus, in quibus situm habeant; 3) Quia ulcera genitalium speciem manifestam mutant, pro gradu irritationis in systemate praesentis, aut potius in parte affecta inductae, rebus ad ulcera ipsa applicatis; 4) Quia Causticis ad partem genitalium sanam applicatis, ulcera incitare possu-

x) Sit venia barbarae hujus scriptoris latinitati!

mus, iis venereis designatis adeo similia ut Chirurgi, qui in morbis venereis maxime versati sunt (judices sine dubio optimi), alia ab aliis distinguere non potuerint; 5) Quia signa Syphilidis consecutiva, excoriationem simplicem, aeque ac ulcuscula venerea optime definita, secuta sunt."— Quae quum ita sint, etiamsi morbum venereum hydrargyrum requirere persuasum haberemus, non solum difficile esset definire num in hoc vel illo ulcere sanando hydrargyro utendum sit, necne, verum etiam nullo modo fieri posset, quum nunquam certum habere possis, num ulcus venereum an non venereum sit.

Eodem modo cum ceteris morbis venereis ut nodis, exanthematibus, bubonibus, condylomatibus, phimosi et paraphimosi etc. res se habet, quod partim e locis scriptorum, quos supra citavi, apparet, partim a nemine fere negatur, nam quis medicus bubones, phimosim etc. non ex alia caussa non venerea oriri vidit?

MORBI SECUNDARII.

Melius tamen esse dicitur, hydrargyrum in dubiis talibus casibus praescribere, quamvis nimius usus vehementer noceat; nam hoc remedio aegrotum tutum reddi a foedissimo morbo secundario, lue perfecta, quae semper γ) ulcera,

---

γ) Chancre, if not treated with mercury, is constantly followed by the constitutional symptoms of syphilis, which yield only to mercury. CAR-

locali tantum medicamento sanata vel potius suppressa, sequeretur. Ut mala, quae ex tali suppressione (ut dicitur) redundent, nobis depingant z), nigerrimis utuntur coloribus: ulcera phagedaenica iu faucibus, naso, turpitudines, dolores osteocopi, quae nocte praecipue aegrotum vehementissime vexent, pneumonia (CARLISLE), phthisis etc. etc.

Quae quum ita essent hydrargyrus laudem, ei impertitam, meretur, et insipientis tantum est morbum venereum topicum mitioribus remediis sanare suscipere, nam serioribus temporibus infelix tali methodo sanatus ab his morbis secundariis corripietur. — At valde discrepant ab hac opinione relationes virorum, qui morbum venereum sine hydrargyri usu curare conati sunt. FRICKE (in praefatione ad versionem GÜNTHERIANAM libri a DESRUELLIO conscripti) dicit: "die zerstörenden Formen der Syphilis sind Producte von zu vielem Quecksilber". Per sex menses in nullo aegroto, qui sine hydrargyro a morbo

---

MICHAEL. pag. 77. Eodem modo ceteri scriptores, exceptis recentioribus, simplicem methodum laudantibus, loquuntur.

z) According to some writers, there is not a fibre in the human frame that has not thrilled with agony under this terrible virus; (virus venereum) and, in consequence, not the minutest fibrilla that has not been made to vibrate by mercury in responsive wretchedness; until at last, between the bane and antidote, both body and mind have been subdued; and in the opinions of the wretched sufferers, no torments could be more intolerable than those which they experienced. COLE. 270.

venereo liberatus erat, syphilidem vidit secundariam. Idem mihi paucis ante mensibus asseveravit. Desruelles (pag. 19) dicit: hydrargyrus maxima ex parte symptomata secundaria excitat. Omnes aegroti, quos propter morbum venereum secundarium curabat, semel aut pluries hydrargyro usi erant, et gradus horum symptomatum cum quantitate hydrargyri, ab iis sumti, consensit. Idem (pag. 76) affirmat: ulcera phagedaenica, serpiginosa, carcinomatosa nasi, labiorum, faciei, extremitatum, cum carie harum partium semper fere ab usu hydrargyri haud prudenter administrato oriuntur, et (pag. 79) Exostoses, Periostoses usum hydrargyri, praecipue inunctiones, sequuntur. Eodem modo permulti alii scriptores symptomata secundaria praecipue ab usu hydrargyri nimio deducunt. I. Hennen (pag. 203) dicit: "I have not had occasion to see a single instance in which the bones of the nose have been affected; some cases of pains and swellings of those of the cranium have been met with, but except in two, I have not myself seen any nodes which could be regarded as unequivocally syphilitic. One of those has been treated with mercury, the others without it". Rousseau his utitur verbis: "In all those instances of secondary symptoms that have fallen under my care, I have not yet been able to find a case, in which mercury had not been used by the patient at one time or previous to the existing symptoms." Idem (pag. 182) declarat: "I declare, that I have never seen any secondary symptoms appear on those whom I have attended through a disease of primary affection, without the administration of a single

atom of mercury." I. THOMSON affirmat: "I have found that chancre and bubo have in every instance disappeared under an antiphlogistic regimen, rest in the horizontal position, and mild local applications, as speedly as I had ever seen them disappear in similar cases in which mercury was employed. In none of the chancres or buboes which I have seen treated without mercury, has any disposition to gangrenous inflammation, or to phagedenic ulceration, ever manifested itself, — occurrences which are so common in the treatment of these affections, under even the most careful employment of mercury." — Idem (pag. 88) dicit: "Of the cases, which I have seen, the number in which constitutional symptoms have supervened, has not exceeded one in ten. — — The secondary symptoms have usually appeared in cases where the primary sores had been long in healing, and where they had left behind them indurated cicatrices. The time at which they generally appeared has varied from four to twelve weeks after the appearance of the primary ulcer. All disappeared without the use of mercury and without seeming to have left any injurious effects behind them." Idem haec pronuntiat (pag. 90): "The secondary symptoms of Syphilis, I may remark, have not appeared to me to be more frequent in their occurrence in those patients, who have been treated without mercury, than in those, by whom that remedy has been freely employed. Hitherto I have had no opportunity of observing among patients treated for the primary symptoms without mercury, any of those deep or foul ulcers of the skin, of the

throat, of the mouth and nose, or of the painful affections of the bones, which are stated by every writer on syphilis, as the genuine products of that disease. Among the very great number of such affections, which have frequented themselves to my observation, one, or more frequently more than one, course of mercury has been employed."

Alii quidem symptomata secundaria si hydrargyro usi non erant, frequentiora se vidisse contendunt, sed simul confirmant haec symptomata secundaria longe mitiora fuisse, quam illa, quae usum hydrargyri sequebantur. Sic Ware (pag. 364) dicit: "All the statements however, agree in the general fact, that cases of constitutional disease are much more frequent when the mercurial practice has not been adopted, than when it has. — But this greater number of instances of constitutional disease is more than counterbalanced, it would seem, by the mildness of the symptoms; and the facility with which they yield to the exertions of the system, for their removal, or to the influence of remedies". — Hill (pag. 590) hoc modo loquitur: "Although secondary symptoms occur in a greater proportion under this treatment (sine mercurio) than after that by mercury, yet these affections are of a milder and more tractable nature, and so much is this the case with respect to eruptions, affections of the throat, nodes etc., that were it not for the sake of candour in regard to every fact which can, in the slightest manner, bear upon the present investigation, many cases of these affections might

have been, from their extreme mildness, altogether disregarded, and not considered to be connected with a syphilitie taint of the constitution". — HUBER (pag. 98) his utitur verbis: "Was das Verhältnifs der sekondairen Symptome zu den, auf die angegebene Art behandelten, primairen Geschwüren betrifft, so stimmen darin die Angaben nicht überein. Nach ROSE folgten auf ein Drittel der von ihm behandelten Fälle sekondaire Symptome, doch führt er auch eine Angabe aus dem Chelsea Hospital an, wonach nur in zwei Fällen von sechszigen, sekondaire Symptome folgten. Nach GUTHRIE ist das Verhältnifs 1 : 10, nach THOMSON etwa *a*) 1 : 12, nach HENNEN 1 : 5, nach HILL 1 : 10 *b*). Die sekondairen Symptome erfolgen im Durchschnitte sechs Wochen bis sechs Monate nach der Heilung der primairen Geschwüre. Sie bestehen in Entzündungen und Geschwüren des Halses, Hautausschlägen; und später Augenentzündungen, Periostitis und Knochengeschwülste — alle diese Symptome sind aber fast ohne Ausnahme sehr milde, oft so, dafs sie kaum zu bemerken sind. Alle ohne Ausnahme heilen ohne Merkur". — BARTLET haec dicit (pag. 88): "Quod ad Affectiones Secundarias attinet, observari potest ut etiamsi frequentiores fuerint, cum ab Hydrargyro abstineretur, plerumque tamen leniores et minus pertinaces fuerint, quam similes

---

a) THOMSON ipse rationem ut 1 : 10 (pag. 88) dicit esse, e tabula autem, quam commentationi adjecit, patet rationem esse ut 1 : 11. —

b) In tabulis ab HILLIO editis ratio ut 1 : 13 est.

sub usu Hydrargyri fuissent". — MAHONY (pag. 24): "ubi, inquit, hydrargyrum (us!) adhibitum est, signa secundaria rara erant; sed quando occurrebant, natura graviora". — SOMERVILLE (pag. 18) hoc modo loquitur: "Jam confessus sum, syphilidem inveteratam, id est, notas tabo venereo in corpus recepto exortas, multo frequentius ulceribus partium naturalium super venire, hydrargyro praetermisso, quam ministrato. Ex aegris enim viginti quinque circiter illa ratione curatis, unus fere in syphilidem inveteram incidere reperitur, et solummodo unus ex quinquaginta sex huic curationi subjectis. Etsi vero plures, hydrargyro non concesso, ea conflictati fuerint, levius tamen afficiuntur, citius ad sanitatem redeunt et nunquam quodvis membrorum diruitur; quantum hucusque experientia medicos edocuit". — Quae quum ita sint, metus ne symptomata secundaria atrociora curationem sine hydrargyri usu sequantur, quam cum eo, — nos impellere non potest, ut rursus hydrargyrum in morbo venero sanando adhibeamus, qui, si caute eum praescribis, forsitan raro tantum symptomata illa secundaria efficit, in quo utendo autem tam facile fines transis. Quod autem nonnunquam symptomata secundaria vel cautissimum hydrargyri usum sequuntur, e verbis FRICKII patet: "Was die Sicherheit der Heilung derjenigen Kranken, die mit Quecksilber behandelt wurden, anbelangt, so müssen wir, mit so vielen andern vorurtheilsfreien Collegen, gestehen, dafs auch wir oft genug die bittere Erfahrung gemacht haben, dafs nach der behutsamsten Anwendung desselben, nach einer bedachtsamen Auswahl der Präparate, nach Befolgung der vor-

geschriebenen Diät, überhaupt nach der Beobachtung aller Vorsichtsmafsregeln dabei, dennoch die Syphilis, und zwar sehr häufig, in den secundären Formen wieder ausgebrochen ist. (Annalen pag. 104).

TEMPUS CURATIONIS.

Quum hydrargyrus ut specificum contra morbum venereum adhibeatur, nova autem methodus expers omnis specifici, communibus firmisque therapeuticis rationibus obtemperet, usu hydrargyri tempus curationis valde brevius effici, cogitare fas est.

Hic singulis expertis nil demonstrari potest, sed experta sexcenties repetita tantum dijudicare possunt. In Annalibus, quos Fricke in publicum edidit, tempus medium curationis, tabulis nonnullis illustratum, indicatum est, quibus ex tabulis patet, morbum venereum sine hydrargyri usu breviore tempore sanari, quam si ille adhibetur. — Jussu Regis in Republica anglica, quod huic civitati maximo est ornamento, in exercitu novam et veterem morbi venerei curandi methodum medici experti sunt. Eventum horum expertorum optime ex tractatu, quem Ware conscripsit, percipere potes. Dicit enim (pag. 359): "The most satisfactory evidence (syphilidem enim sine hydrargyri usu curari posse) of which we are in possession is that afforded by the results of the investigation set on foot in the different regiments of the British army.

The whole number of cases was four thousand seven hundred and sixty-seven. Of one thousand nine hundred and forty, which were treated and cured without mercury — ninety-six had secondary symptoms; but every man was fit for immediate military duty on his dismissal from the hospital. The average period for the cure of primary symptoms were twenty-one days — of secondary-thirty-six days.

Of the two thousand eight hundred and twenty seven remaininy cases where mercury was used c), *fifty-one* only had secondary complaints, but two men were rendered unfit to continue in the service. The average period for the cure of primary symptoms, was thirty-three days, of secondary forty-five. These cases, it is expressely stated, include not only the more simple sores, but also a regular proportion of those with the most marked character of syphilitic chancre. In sixty-five of the cases of primary sores and in twelve of the secondary symptoms, mercury was had recourse to on several accounts, either because the cure was protracted beyond the usual time, or when any impediment or embaressment arose in the course of the treatment. There seems, however, every reason to believe, that the resort to mercury in these cases, thongh expedient, was probably not necessary, or at last not till after a long trial than seemed to have been given of the antiphlogistic method. It seems thus sufficiently

---

c) Warium "seventyone" scripsisse ex aliorum scriptis verisimile est.

established, that all ulcers on the organs of generation, succeeding to impure sexual connexion, are curable without mercury." —

Hufeland *d*), cujus nomen merito per Germaniam celebratur, haec experta ut contra curationem sine hydrargyri usu pugnantia proponere studet. Primo animos lectorum advertit ad majorem numerum symptomatum secundariorum eorum, qui sine hydrargyro tractabantur, quam illorum, qui hydrargyro utebantur; tum illorum rationem ut 1 : 19; horum autem ut 1 : 45 esse dicit, quod autem ita corrigendum est, ut ratio priorum sit 1 : 20; posteriorum vero 1 : 39. — Quo facto permultos eorum, qui sine hydrargyri usu sanabantur, sero dimissos et tum fortasse lue secundaria correptos dicit. Sed hoc eodem jure de iis dici potest, qui hydrargyro utebantur. In his vero expertis symptomata secundaria majori numero fuisse, (Cujus rei alii uti Fricke, Desruelles etc. contrarium invenerunt) certe magnam partem ei tribuendum est, quod nova methodus non ita exculta est, qualis quondam erit, et qualem *e*) veterem methodum esse negari non potest. — Quantum autem differt nova methodus a vetere, si tempus curationis adspicis. Tempus medium curationis eorum, qui sine hy-

d) Journal Bd. LV. Stück 3. pag. 20.

e) Specifisch wirkt das quecksilber gegen die venerische krankheit nicht, denn es heilt sie nicht immer. Das hauptmittel zur kur ist es vielleicht nur defswegen, weil seit der zeit, da es allgemein im gebrauch gekommen, andere mittel vernachlässigt worden sind. Girtanner. Tom. I. pag. 313.

drargyro curabantur, primariis symptomatibus affectorum, erat 21 dies, eorum, qui hydrargyro utebantur 33 dies, secundariis symptomatibus vexatorum et sine hydrargyro sanatorum: 36; cum hydrargyro autem 45 dies. Hoc vero ipsum, quod symptomata secundaria, nullo adhibito hydrargyro, saepius acciderunt, plane oblivioni datur eo, quod milites, hac methodo sanati, integra valetudine statim militiae officia sustinere potuerunt, ex iis vero, qui cum hydrargyro curabantur, duo ita hoc metallo affecti sunt, ut eos dimittere necesse esset.

Desruelles (pag. 83) dicit: etiam quod attinet ad tempus curationis, nova methodus veteri longe melior est. Eodem modo quoque permulti alii scriptores loquuntur, ut Cole (pag. 273): "Ere long John Hunter's chancre, or any other body's chancre, will be cured not only safely and permanently without mercury, but also in a much leſs time than was deemed necessary (even under favourable circumstances) to keep the patient under its influence." —

VETUS METHODUS CUM NOVA COMPARATA.

Si, his omnibus reputatis, veterem methodum cum nova comparare vis, constitutionem a nova multo minus affici quam a vetere jam extra omnis dubitationis aleam positum esse constat. Metus, ne nova methodo applicata, saepius symptomata oriantur secundaria, rejiciendus.

Tempus curationis nova methodo adhibita certo brevius est. Inconstantia veteris methodi, quae in ulcere sanando hydrargyro, in gonorrhoea curanda autem remediis utebatur antiphlogisticis cessat.

Novam methodum nec antiphlogisticam, nec excitantem etc. nominare debes, nam communibus firmisque dogmatibus therapeuticis obtemperat. Rudibus Empiricis, qui usque ad hunc diem semper hunc morbum curare audebant (specificum scilicet noverant) animus deerit morbum sanare suscipere, qui accuratas therapeuticas requirit cognitiones. Permulti medici illustres sensim ad novam methodum se convertunt, distinctiones inter morbos syphiliticos constituentes, quorum nonnullos cum hydrargyro, alios autem sine eo curandos dicunt, uti CARMICHAEL, qui tum solum hydrargyrum adhibet, quum eum morbum, quem ipse syphilidem nominat, qui autem perrarus sit, adesse cognovit, symptomatibus autem, quae ipse venerea appellat, alia remedia mitiora sufficere affirmat; et WELBANK *f*), qui distinctionem inter syphilidem et Phagedaenicam constituere vult. Syphilidem enim hydrargyrum requirere, qui autem in Phagedaenica noceat, quae saepius occurrat.

---

f) Observations on the necessity and method of further investigating the distinctions between syphilis and other varieties of venereal disease by R. WELBANK (in medico-chirurgical Transactions published by the medical and surgical society of London. Vol. 13. 1824.

Quae quum ita sint, breviter curationem, nova methodo institutam, variorum hujus morbi symptomatum describere audeo, expers metus, ne quis mihi idem objiciat, quod quondam clarus HENSLER *g*) PETRO MAYNARDO: "es zeigt grobe Unwissenheit dieses Mannes, daſs er mit Igeln und Blutlassen die Lustseuche will kurirt haben." —

---

g) PH. GAB. HENSLER's Geschichte der Lustseuche. Tom. I. pag. 85.

CURATIO MORBI SYPHILITICI.

I. CURATIO MORBI PRIMARII.

Nova methodus, cujusvis remedii specifici expers, morbos syphiliticos remediis curare studet, quae communi statui morboso aegroti respondeant, ut modo antiphlogistica, modo excitantia, modo roborantia adhibeat. Saepissime autem, ut facile cogitari potest, status irritationis invenitur, qui methodum antiphlogisticam requirit, sed nullo modo abusum, quem quotidie Broussais ejusque asseclae in hac methodo adhibenda committunt, excusat. Nam persaepe magis irritando optime statum quendam irritationis removere possumus.

Haec methodus, communibus therapeuticis legibus obtemperans, in quoque fere homine alia est. Quamobrem pauca tantum sunt, quae in omnibus casibus observari debent. Haec autem sunt:

I. Munditia.

Si ea non observatur, curatio morborum syphiliticorum localium fieri fere non potest, si autem summa cura adhibetur, semper effectum aliorum remediorum adjuvat, et nonnunquam sola ad morbum sanandum sufficit. FRICKE (pag. 109) haec dicit: "Die Reinlichkeit ist zur schnellen und glücklichen Vollendung der Cur von allergröſster Wichtigkeit, indem mehrere hierher gehörige Kranke beinahe allein durch öfteres Waschen und Baden geheilt worden sind. Auf der andern Seite war Vernachlässigung derselben, Veranlassung entweder zur Entstehung, oder wenigstens zur Verschlimmerung mehrerer Krankheitsformen." — Summo studio DESRUELLES munditiam commendat. Summa munditia homines contra infectionem veneream tutos reddere posse contendit ROUSSEAU (pag 176): "It is worthy of notice, that a number of females that I have cured ten and twelve years ago, by a strict adherence to the rules of cleanliness I have inculcated and taught them, have never since contracted any disease, although they have been perhaps more exposed; and had, to my knowledge, intercourse with individuals in a state of active disease, and then under my care." —

II. Quies.

Praecipue in primo stadio desideratur, si irritationem adesse omnibus demonstratur symptomatibus. Eam summo studio urgent omnes viri, qui hac de re scripsere, uti FRICKE, ROSE, DESRUELLES, WARE, THOMSON etc. Si ulcera in dies magis consanescunt, FRICKE aegrotis, inprimis viris, ambulando corpus commovere permittit.

III. Diaeta.

Primo stadio parca esse debet, sed non tam *h*) severe praescribenda est, ut omnes fere Galli et Angli faciunt. Serioribus curationis temporibus minus modica esse potest.

IV. Remedia interna.

Hill (pag. 572) dicit: "Purging, by means of some one of the neutral salts, compound powder of jalap, ol ricini etc. is to be adopted on the admission of every patient; and this is to be repeated once or twice a week, or oftener, that the torpor of the bowels, which is occasioned by confinement, may be obviated." Quanquam hoc saepissime requiritur, tamen nonnullis in casibus non solum non bonum, verum etiam malum eventum, ut verbi caussa si aegrotus diarrhoëa catarrhali afficitur, aut permagna debilitate laborat.

Semper autem aegrotos melius se habere, cute officiis bene fungente, certum est, quamo-

---

h) For the first week, or until after all inflammatory symptoms shall have subsided, and the primary affections shall exhibit a healthy disposition, all animal food should be withheld from him, and even after this time, only a small portion to be allowed. Hill (pag. 572).

Diaeta animalis (!) caute prohibita est, donec inflammatio earum affectionum assecla submota est (pag. 6. Bartlet).

Fere omnes scriptores, qui luem veneream sine hydrargyro tractare conati sunt, aegrotum carne vesci vetant.

brem non solum conclavi, verum etiam, initio quidem, lecto se continere debent. In morbis syphiliticis, qui irritationem vel inflammationem prae se ferunt, talia diaphoretica sive sola, sive cum antiphlogisticis conjuncta praescribas, quae nullo modo calefaciant, sed potius ipsa antiphlogisticam exerceant vim, ut Spiritum Mindereri, praeparata antimonialia, et praecipue tartarum emeticum in dosi refracta. In morbis syphiliticis autem, qui cum debilitate conjuncti sunt, remedia diaphoretica excitantia applices ut Camphoram, opium etc.

Cap. I.

GONORRHOEA.

In gonorrhoea sananda permagni momenti distinctio inter stadium primum, seu inflammatorium, (Urethritidem) et stadium secundum, Gonorrhoeam secundariam (Blennorrhoeam urethrae e relaxatione) est. In stadio primo methodus antiphlogistica semper adhiberi debet, sed diverso gradu in diversis hominibus. In nonnullis fortissimum remedium antiphlogisticum, venaesectio, optimum est, quod in aliis valde nocet. In aliis salia antiphlogistica et evacuantia, mucilaginibus bene involuta, in aliis oleosa maxime prosunt.

Si inflammatio non tam vehemens est, ut necessario venaesectionem requirat, persaepe teste Frickio hac compositione curatur:

℞: Tincturae kalinae ʒjj
Aquae lauro-cerasi ℥β
signa: binis horis 35-50 guttas cum decocto avenae sumendas.

In stadio secundo *i*), gonorrhoea secundaria, omnia remedia prosunt, quae relaxationem membranae mucosae urethrae levare possunt. Delpech, Fricke, Jos. Adams, Chelius aliique praecipue cubebas (sexies die cochlear minimum) laudant; alii ut Desruelles, Sundelin etc. nullum hujus remedii auxilium viderunt. Hinc hoc remedium non in omnibus casibus adhibendum esse conjici potest, quanquam persaepe princeps esse permultis demonstratur expertis. Localia autem remedia in hoc stadio saepissime esse optima persuasum habeo, quum iis topica relaxatio, quae diu nonnunquam perstat, quanquam constitutio aegroti fere non ea afficitur, facillime levari possit.

Injectiones parantur e solutione zinci sulphurici granorum duodecim in aquae destillatae unciis duodecim (Fricke); natri chlorinici drachma una in aquae destillatae uncia una et dimidia, et serius in uncia una (Desruelles). Alii alias injectiones commendant, quae autem omnes principio adstringente pollent, ut Cuprum sulphuricum, alumen, lapis causticus etc.

---

i) Desruelles (pag. 55) dicit se gonorrhoeam secundariam eodem modo ut gonorrhoeam inflammatoriam curare, quod certo nemo probare potest.

Cap. II.

BALANOBLENNORRHOEA.

Fere semper munditia curatur testibus Frikkio et Desruellio. Persaepe aqua simplici, aut, si excoriationes, quod, si gravis est, fere semper accidit, adsunt, aqua saturnina lavatur glans.

Cap. III.

STRICTURAE URETHRAE.

Hae stricturae, quas polypos urethrae jure nominare potes, semper continua curántur compressione, quae chordis optime perficitur, sed ubi strictura tam gravis est, ut chorda induci non possit, prius remediis causticis vel mechanicis (ut eo instrumento, quod Troiquart vocatur et a permultis hoc in malo adhibetur) viam facere debes, et tum chordas (Bougies a nobis nominatas) sensim sensimque crassiores inducas.

Cap. IV.

FLUOR ALBUS.

Hic morbus eodem modo curari debet, ut gonorrhoea, sed ea distinctione, ut localia remedia hic plus etiam efficiant, quam in illa, quum major superficies melius remedia excipiat.

Cap. V.

INFLAMMATIO TESTIS, EPIDIDYMIDIS ET FUNICULI SPERMATICI.

Si febris inflammatoria adest venaesectio adhiberi debet, et postea hirudines in auxilium vocantur. Tum, si inflammatio mitior reddita est, cataplasmata, et si constitutio tenera, aut dolores adhuc graves sunt, cum narcoticis ut hyoscyamo juncta applicantur. Nunquam in hoc morbo alvum adstrictum esse pati debes. Si, inflammationis vi fracta, somnus desideratur, egregie pulverem Doveri praescribis.

Sin febris inflammatoriae nulla sunt vestigia, hirudines et cataplasmata sufficiunt. Perdiu aegrotus suspensorio uti debet, etiam si omnis dolor evanuit, quum eo utendo persaepe induratio epididymidis, quae non raro inflammatione sublata perstat, sensim dissolvatur.

Cap. VI.

EXCORIATIONES ET ULCERA PARTIUM GENITALIUM.

Excoriationes ab ulceribus gradu tantum discrepant, quum persaepe, si immunditia aliaeque res aegrotum afficiunt, ex iis ulcera, etiam ea, quae Hunter ut vere syphilitica describit, et ea, quae Carmichael phagedaenica nominat, fiant. Neque curatio utriusque differt, lavatio enim persaepe repetita semper requiritur, et

methodus antiphlogistica diverso gradu respectu constitutionis, gradus et diuturnitatis mali localis semper fere adhiberi debet. Summi momenti autem hic localia sunt medicamenta. Nunquam initio aegroto permittere debes, ut ipse partes affectas abluat, sed tum solum, quum hanc rem eum docuisti, nam semper metu doloris aut inexpolito munditiae sensu hoc parum diligenter facit. Si excoriationes seu ulcera inter plicas partium genitalium invenis, persaepe ablutione utaris, lanuginem lineam aqua saturnina sive simili alia imbutam interpositam bis usque quater die renovare debes. Quum ulcera ad orificium urethrae inveniuntur, summa cura impedire debes, quominus urina irrigentur, quod optime lanugine linea interposita, quam saepe autem mutes, perficis.

Quum autem hoc modo ulcera non consanescunt aquam calcis, solutionem zinci sulphurici (grana quattuor in libra aquae destillatae), decoctum corticis ulmi adhibeas. Nonnunquam autem *k*) unguenta ut unguentum zinci aut unguentum nigrum, quod FRICKE valde commendat (pag. 136.) ad ulcera sananda plurimum conferunt. Si ulcera irritata sunt saepe remedia blanda sunt optima ut unguentum althaeae. Sin torpida, solutio lapidis infernalis nonnunquam maxime

k) I am informed by Mr. MICKLAM, surgeon, 77th regiment, that he is in the habit of using an ointment composed of the subacetate of copper and simple cerate, to syphilitic ulcerations, with considerable advantage; but this is not applied until all increased vascular action or inflammation has been subdued. HILL (p. 573).

prodest. Ulcera fungosa usum aluminis et cupri sulphurici requirunt. Ulcera vehementes dolores excitantia, callosisque marginibus, cataplasmata exigunt. Si ulcera callosa, tumida et dolorifica sunt Desruelles hirudines in iis ponit, et tum solutionem opii applicat et postremo lavationes e solutione Cupri sulphurici.

Mulieres, exceptis gravidis, semper se lecto continere debent. usque ulcera omnino sanata sunt, viris autem in extremo curationis tempore paullum corpus movere permittere potès, teste Frickio.

Sed nullo modo cum Alcockio consentio, qui ab initio curationis, quam solis causticis instituit, aegrotum se cuivis tempestati permittere posse confirmat (p. 469): "in the treatment by Escharotics confinement is unnecessary." —

Ubi ulcera e bursis mucosis formantur, quod Fricke, ni fallor, primus observavit, optime remediis corrosivis has bursas destruis, nam si hoc non feceris, plerumque haud longo intervallo eodem loco denuo ulcera formantur.

In ulcere sphaceloso, quod ingeniose descripsit Carmichael (pag. 151 et seq.), sanando, omnibus remediis adhibitis, nonnunquam aegrotus tristi morbo consumitur. Hic vir: "Mercury, inquit, should be carefully avoided, for even a mercurial atmosphere ör alterative doses of that medecine will exasperate the disease; change of air in every instance in which I tried it, was attended with decided advantage. I have not observed advantage to result from the use

of emollient or fermenting poultices. When the sloughs are extensive, the constant application of a lotion composed of camphorated mixture and tincture of myrrh, combined in such proportion as will not excite pain, has been attended with much more benefit. Bark appears to me to be injurious in this ulcer. The exhibition of opium or cicuta in large doses, has frequently been attended with the most decided good effects." — Celsus jam hoc ulcus sphacelosum novit, cujus rei testis Lib. VI. est: "quaedam etiam nigrities est, quae etc." — Pulsus durus et justo frequentior (100-130) lingua sicca, haemorrhagiae spontaneae auxilium infelici aegroto nonnunquam ferentes, me inducunt, ut hoc in morbo interne remedia antiphlogistica, externe acidum salis, quo pulvis e china, carbone ligni tiliae, camphora et myrrha factus imbuatur, commendem.

Cap. VII.

PHIMOSIS ET PARAPHIMOSIS.

Phimosis syphilitica nunquam sola se offert, sed semper conjuncta est aut cum balanoblennorrhoea, aut cum ulceribus glandis seu laminae internae praeputii, aut cum utroque. Quamobrem semper duae res in phimosi curanda nobis summi sunt momenti:

1) ipsa phimosis;

2) morbus, qui cum ea conjunctus est.

Si febris inflammatoria gravis adest, venaesectio requiritur. Sin minus vehemens invenitur, nitrum, sal amarum, sal Glauberi etc. sufficiunt. Summo studio autem eo connitendum est, ut glans a praeputio denudetur. Ut hoc perficias aegrotum in margine sellae ita desidere jubeas, ut scrotum libere pendeat Quo facto injectionibus persaepe repetitis glandem et laminam praeputii internam muco, pure etc. purges, et tum praeputium cum duobus vel tribus digitis retrahere studeas. Quanquam plerumquè primo die praeputium tentaminibus retractionis non cedit, tamen quotidie plus retrahitur, usque denique quarto vel quinto die omnino glans in conspectum venit. Sed ut hoc impetres, aegrotum edocere debes, ut per singulas horas injectiones ex aqua tepida et aqua saturnina faciat, fomentaque ex iisdem remediis adhibenda sunt. Quum glans a praeputio omnino denudata est, et ulcera inveniuntur, in iis teneram lanuginem lineam decocto corticis ulmi imbutam pone, glandemque rursus praeputio tege, injectionesque repete. Persaepe alia remedia externa prout ulcera diversa sunt adhiberi debent. Si ulcera in dies magis consanescunt; ut aegrotis viris se commovere permittas perutile est.

Quod si vero praeputium jam antequam aegrotus phimosi laborabat, supra glandem retrahi non poterat, si deformes indurationes, seu tam magna ulcera adsunt, ut cicatrisatione perfecta necessario phimosis rursus oriatur, si gangraena partem corripuit praeputii, operatio indicatur. Quum lamina externa praeputii nunquam incarcerationem efficiat, eam non incidere

debes, sed laminam internam, quae semper sola incarcerationem caussat, exceptis illis casibus, quibus totum praeputium cartilagineo margine finit, aut cum glande coaluit. Ut solam laminam internam incidas, hac methodo utaris: forfice marginem praeputii incidas, tum adjutor praeputium retrahere debet, ut lamina interna invertatur, nam retractio praeputii est inversio laminae internae. Tum diversis locis, prout lamina interna magis magisque in conspectum venit, eam incidere debes, usque tota glans denudata est Sin margo praeputii deformis est, circumcisio instituenda est. Si praeputium cum glande coaluit, praeputio fisso concretionem sejungas et semper fere optimum erit totum praeputium abscindere, quum, si hoc non feceris, semper tumorem nulli remedio cedentem restare videas.

Paraphimosis est phimosis pone coronam glandis. Aut inflammatione, aut violenta phimoseos tractatione oritur. Semper fere manipulatione reponitur, si altera manu praeputium promovere, altera glandem comprimere studes. Sin hoc modo ad finem non pervenis, tumoresque praeputii majores sunt, in iis leviter incidas. Quum autem major praeputii pars ulceribus seu gangraena destructa est, nullam manipulationem adhibeas. Si hoc in casu lineam separationis animadvertis, caeteram praeputii partem omnino abscindas.

Cap. VIII.
B U B O.

Hoc nomine inflammatio et abscessus glandularum in regione inguinali intelligitur. In sta-

dio inflammationis methodus antiphlogistica requiritur, et falso Desruelles tum solum hirudines et caetera remedia antiphlogistica adhiberi vult, quum inflammatio glandulas superficiales corripuerit; nam cur glandulae profundae inflammatae non resolvi possint, nemo intelligit. — Novissimis temporibus a compluribus felicissimo eventu compressio harum glandularum adhibita est, sed nunquam ea prodest, si inflammatio adhuc gravis est, quam igitur semper antea mitigare debes. Fricke (pag. 214) dicit: "Wenn wir bei der Untersuchung eines bubo keine Fluctuation wahrnehmen konnten, so versuchten wir jedesmal ihn zu zertheilen, und zwar durch einen längere Zeit ausgeübten Druck auf denselben. In den meisten Fällen verbanden wir damit ein streng antiphlogistisches Verfahren." — Mahony (pag. 15) methodum antiphlogisticam contra bubones commendat, et tum his verbis de compressione loquitur: "Compressio tunc fit ope fasciae arcte circumligatae. Haec quidem dolorem sub initio gravem concitat, ideoque paulatim augenda erit. Dolor fere intra paucas horas cessat, atque tunc compressio ex arbitrio intendi potest. Paucis post diebus, bubo hunc ad modum curatus, invenietur, mobilis, faciem complanata, atque mole imminuta. Brevi postea penitus resolvitur. Aliquando vero accidit bubones, etiam his remediis exhibitis, ad suppurationem properare. Prudentissima tunc curatio erit non puris maturationem expectare, sed fluidum quam primum perceptum apertura minima evacuare, iterumque pressionem adhibere." — Tum paullo post his utitur verbis: "Hic minime celandum est, quod bubones vetusti, saepenu-

mero curationi syphilidis absque hydrargyro, succedant, atque mea saltem sententia validissimum adversus hanc methodum argumentum constituit." — Quum autem nullus alius scriptor, qui de compressione bubonum verba facit, hoc se vidisse dicat, Mahoñyum aut fortuito hoc saepe comperisse, aut compressionem non bene applicasse, constat. Hill (pag. 582) his verbis de compressione bubonum loquitur: "In the early stage of bubo, and even for some time after the existence of inflammation, when it is somewhat advanced to the state of suppuration, the symptoms have been in a great number of cases observed to subside under the long continued application of pressure over the inflamed gland, especially where bleeding, aided by a brisk purgative, has been premised." — Alii autem contra compressionem disputant, ut Cole (pag. 273): "I doubt the propriety of compressing on inflamed or a suppurating bubo: in the first instance, the pain is increased, as well as the probability of suppuration; in the second, the foundation of troublesome sinuses is formed." — Quum Cole complura sagacitatis documenta in opusculo suo nobis ante oculos ponat, eum in posterum non solis verbis contra experta disputaturum confido. Bartlet (pag. 7) ad resolutionem bubonum alternum usum applicationum calidarum et frigidarum maxime commendat. —

Sin suppuratio prohiberi non potest, eam cataplasmatibus emollientibus accelerare debes. Quum fluctuatio adest, lancetta apertura parva aperire debes bubonem. Caeterum curatio ut in aliis apostematibus est. —

Cap. IX.

CONDYLOMATA.

Ubi statum irritationis invenis methodum antiphlogisticam diverso gradu adhibere debes. Munditia summa cura observanda est, et hanc ob caussam saepe balnea applicanda sunt. Respectu remediorum localium tres praecipue ordines constitui possunt:

I. Remedia mechanica.

1) Hirudines praecipue adhibentur, quum condylomata magna, rubra et dolorifica sunt;

2) Ligatura tum inprimis applicatur, quum basis condylomatum tenuior est quam apices, quae ex ea oriuntur. Hoc accidit in iis, quas cum crista galli comparare potes. Semper postea remediis adstringentibus aut corrosivis uti debes, nam, si hoc omittis, plerumque denuo apparent.

3) Compressio praecipue in mulieribus adhibenda est. Res, quibus compressio perficitur, pro diversa condylomatum conditione diversis remediis imbuere potes.

4) Desectio perraro sola sufficit, sed plerumque usum remediorum adstringentium aut corrosivorum exposcunt condylomata.

II. Remedia corrosiva.

Lapis infernalis, butyrum Antimonii, acidum sulphuricum concentratum. Haec remedia conjuncta valde commendat Fricke. Acidum nitri-

cum fumans; acidum arsenicosum, quod summa tantum cura applicari potest.

III. Remedia adstringentia.

Aqua saturnina, quam FRICKE persaepe cum floribus zinci conjunctam applicat (℥vjjj aquae saturninae cum ʒj florum zinci). — Zincum sulphuricum, quod in forma fluidi seu in forma unguenti adhibere potes. — Decoctum corticis ulmi, quercus, granatorum, gallarum turcicarum, radicis ratanhiae; solutio aluminis (ʒjj in ℥vjjj aquae); solutio gummi Kino in vino rubro, quam Gillespie ad ulcera atonica et scorbutica sananda laudat.

DESRUELLES solutionem opii valde commendat, quam, si condylomata magna sunt, tum adhibeas, quum incisiones in iis fecisti.

II.

CURATIO MORBI SECUNDARII.

Morbus secundarius, ut jam prius dixi, non ita frequens accidit, si mercurius non in consilium vocabatur, et ubi symptomata secundaria frequentiora erant, semper multo mitiora fuerunt, quam si antea hydrargyro utebantur aegroti.

Remedia in his morbis sanandis, ut supra commemoratum, communibus firmisque therapeuticis legibus obtemperant, quamobrem de iis plura dicere supervacaneum puto.

Cap. I.

ULCERA IN FAUCIBUS.

Aegrotus lecto se continere debet, diaeta tenuis et blanda instituenda. — Permagnum discrimen inter curationem anglicam gallicamque et inter hamburgensem sive germanicam intercedit: medici enim anglici et gallici quemvis fere aegrotum, ulceribus in faucibus vexatum, durae

methodo antiphlogisticae subjiciunt; venaesectionem, persaepe repetitam, instituunt, neque ei, antequam perfecte ulcera illa ad integrum statum reducta sint, lectum relinquere et diaeta magis roborante uti permittunt; in nosocomio autem hamburgensi hoc tempore perraro venaesectio adhibetur, et quidem tum tantum, quum status irritationis tam vehemens se ostendit, ut aliis remediis antiphlogisticis eam vincere verisimile non sit. In hoc remedio vero utendo constitutionem, sexum, aetatem caeterasque conditiones considerare debere per se, credo, patet.

Ubi venaesectionem necessariam non esse invenis, caetera remedia antiphlogistica, inprimis evacuantia applices, ut sal Glanberi, sal amarum etc.

Quod attinet ad remedia localia, Desruelles prae omnibus remediis et fere in omnibus casibus, hirudines in ipsis ulceribus positas commendat, quae autem certe nonnunquam non prosunt, ut in ulceribus atonicis etc.

Ut vero hirudines ad locos affectos admovere possit, eas cauda ope ligaturae perfossa per vitream fistulam applicat.

Fricke hirudines, si irritatio adest, in externo collo poni jubet. Si vero status irritationis minor redditus est, vel ab initio haud gravis erat, gargarismata adstringentia, ut decoctum corticis ulmi, herbae salviae, infusum florum sambuci cum liquamine Myrrhae, decoctum ligni campechiensis, radicis tormentillae etc. maxime commendantur. Solutionem lapidis infernalis nunquam nisi inflammatione mitigata applicari debere

opinor. Si ulcera diu in eodem statu permanebant, Fricke felici eventu cataplasmata adhibuit.—

Si ulcera non consanescunt, sed majores pluresque fiunt, et simul membrana mucosa statum scorbuticum prae se ferebat, acido nitrico hac formula praescripto usus est:

℞: Acidi nitrici fumantis ʒβ
Syrupi saccharati ℥j
Decocti Avenae ℥xjj
signa: binis horis cochlear unum sumendum.

Intumescentia tonsillarum frigida nonnunquam teste Frickio hoc remedio deminuitur:

℞: Tincturae Euphorbii
— Capsici ana
signa: zum Pinseln.

Cap. II.

EXANTHEMATA SYPHILITICA *l*).

Diversissima exanthemata e caussa syphilitica oriri posse ubique contenditur, sed ea, quae ex

l) In the course of this Synopsis I have made only cursory allusions to a very important class of cutaneous eruptions, which are often the source of considerable embarrassment to the practitioner; I mean these which are the result of the venereal poison. The subject indeed, is difficult, and not as yet sufficiently investigated; for these eruptions assume such a variety of

effectu hydrargyri originem ducunt usque ad hunc diem ab iis non segregata sunt. Sed quum nunc uovus ardor morbi syphilitici definiendi et curandi permultos excitet, haec distinctum iri persuasissimum mihi habeo.

Fricke tres ordines exanthematum syphiliticorum constituit:

I. Tubercula, ab initio rara, colore hepatico, primum cuti similia, tum aliquantulum elata et duriuscnla. In iis aegrotis apparebant, qui primariis affectionibus vexati sine usu hydrargyri sanati erant.

II. Maculae fuscae, primo badiae, tum colore hepatico, aut colore cuprino, subrotundae, angulatae, aliquantulum cute elatiores, planae, nitentes. Hoc exanthema eos afficit, qui propter symptomata primaria hydrargyrum sumserant.

III. Maculae rubro-coeruleae permagnae, duriusculae, angulatae, cute elatiores. In iis solum erumpunt, qui multum hydrargyrum et sine ordine acceperant.

Hill (pag. 585) his utitur verbis: "The affections of the skin are analogous in their ge-

---

forms, that they bid defiance to arrangement according to their external character; and, in fact, they possess no common or exclusive marks, by which their nature aud origin are indicated. There is perhaps no order of cutaneous appearances, and scarcely any genus or species of the chronic eruptions, already described, which these secondary symptoms of syphilis do not occasionally resemble. — Bateman.

neral appearance to those diseases affecting this texture that arise from other causes, and may be referred to the five following orders of the late Dr. Willan's classification of cutaneons diseases — Papulae, Squamae. Exanthemata, Pustulae, Tubercula. The forms of the Papulae are — Lichen simplex, and Strophulus confertus. Those of the Squamae are — Psoriasis guttata, and Lepra vulgaris. Those of Exanthemata — Roseola aestiva and Scarlatina. Those of Pustulae — Impetigo sparsa, Variola, Ecthyma. Those of Tubercula — Acne indurata. and that form which was first noticed by the late Dr. Bateman, and described by him in the 5th volume of the Medico-Chirurgical Transactions."—

Curatio horum exanthematum haud difficilis.

Diaeta primo severa. Aegrotus initio lectum relinquere non debet, sed exanthemate mitius reddito se in conclavi commovere potest. Medicamenta (ut etiam diaeta) toti statui morboso accommodata esse debent. Ubi irritationem adesse vides, sal Glauberi, sal amarum, cremorem tartari etc. applices; sed ubi vires aegroti exhaustae, aut ubi aegrotus semper constitutione erat debili, roborantibus uti debes, ut cortice chinae, radice caryophyllatae, radice calami aromatici, et amara pura conjuncta cum iis aut sola applices. — In eo exanthemate, quod sub II. descripsi, Fricke praecipue usum decocti specierum lignorum (Guajaci, sossafras, radicis chinae, sarsaparillae etc.) laudat.

Inter remedia topica balnea sunt praestantissima. Balnea simplicia, saponacea; cum acido

nitrico fumante parata (℥j - ℥jj balneo uno serviunt); cum Zinco sulphurico (℥jj - ℥jjj); cum acido sulphurico (℥jj - ℥jjj acidi sulphurici concentrati pro uno balneo) parata; furfurea; aluminata (℥jj) in nosocomio hamburgensi felicissimo eventu adversus exanthemata in consilium vocabantur. Etiam DESRUELLES aliique balnea hoc in morbo vehementer laudant.

Alia medicamenta topica praecipue tum adhibentur, quum singulae maculae balneis remediisque internis non cedebant. DESRUELLES lavationes e narcoticis decoctis, FRICKE aquam destillatam (℥xjj) cum acido nitrico fumante (℈j), aut solutionem lapidis infernalis commendat. In nonnullis maculis, quae omnibus aliis medicamentis repugnabant, FRICKE vehemens illud remedium, quod jam permulti olim in herpetibus commendarunt, applicavit felici eventu; posuit enim in singulis maculis vesicatorium. Haud scio an immerito nunquam ferrum candens ita applicetur, ut maculae calorem tantum sentiant.

CAP. III.

ULCERA IN DIVERSIS CORPORIS PARTIBUS, EXCEPTIS GENITALIBUS.

Exanthemata, quae sub II. et III. descripsi, nonnunquam, si immundities, labores, perversa diaeta aliaeque res male aegrotum afficiunt, et eo ipso exanthema pejus reddunt, in ulcera convertuntur.

Rmedia interna statui morboso couvenientia adhiberi debent. Persaepe hic roborantia et nutrientia requiruntur, nam aegrotus plurimis in casibus laboribus, morbi diuturnitate, et imprimis remediis mercurialibus contra symptomata primaria adhibitis, antea sic vexatur, ut methodus antiphlogistica obesse tantum possit. Diaeta, ut per se intelligitur, remediis contraria esse nunquam debet, quamobcaussam sit roborans et excitans: bonum vinum, carnem assam et elixam, multamque corporis sub divo exercitationem commendes.

Quod attinet ad remedia topica et hic balnea summi sunt momenti: saponacea, furfurea, acido nitrico parata etc. Caeterum summa semper munditia prae omnibus observata remedia localia adstringentia applicare potest, aut in forma solutionis, aut unguenti: uti decoctum corticis ulmi, quercus, salicis, aquam saturninam, decoctum radicis ratanhiae, tormentillae etc. unguentum zinci, oxygenatum, saturninum etc. — Ubi locus affectus permittit, ut modica compressione effectum remediorum externorum potiorem reddas, semper hanc in auxilium vocare debes.

Cap. IV.

INFLAMMATIO PERIOSTEI.

E caussa syphilitica inflammatio alicujus ossis oriri potest. Haec inflammatio diverse ve-

hementes dolores excitat pro diversitate coeli, sexus, aetatis, constitutionis, diaetae. Quos dolores immerito plerique ut morbum peculiarem considerant, quum symptomata tantum sint alius morbi, inflammationis dico ossis. Sed quae pars ossis inflammari potest? Quum permultis phaenominibus, uti verbi caussa osteogenia in foetu, et necrosi, corticem ossis vitam mutationesque suas periosteo externo debere, pateat, hinc primariam corticis inflammationem oriri non posse sequitur, sed quamvis status sani conversionem e periostei externi affectione manare. Igitur inflammatio ad morbos periostei externi pertinet. (Telam medullarem inflammatione corripi posse, abundatio vasorum, ad eam pertinentium, docet).

Systema ossium ut pars systematis productivi tum solum morbum sentit, quum morbus jam vehementer totam affecit constitutionem. Per totum systema productivum, quum in eo magna illa fabrica nutritionis sita sit, in qua sempiterna materiei commutatio fit, vita semper agilis, sed non valida perspicitur. Inflammatio, vita auctior, symptomata vitae partis affectae congrua semper prae se fert, quamobrem inflammatio periostei externi, quum in ossibus tarda vita exprimatur, numquam vehementia doloris symptomata ostendit. In omnibus fere libris inflammatio ossis crudelissimos dolores excitare dicitur, sed falso, nam haec symptomata non ex inflammatione, sed e morbo secundario originem ducunt, quod jam ex ipsa horum symptomatum curatione manifestum est. Dolores, qui inflammatione periostei excitantur, haud graves sunt:

aegrotus se aliquantum difficilius partem affectam movere posse, et in ea sensum injucundum esse queritur, qui parte movenda aut premenda augeatur. —

In his doloribus inflammatoriis hirudinum usus maxime prodest, fomentationesque Schmuckeri calefactas applicare debes. Hill (pag. 589) praecipue Antimonialia, diaphoretica, balnea calida et vesicatoria commendat.

Diaetam tenuem, laxantia antiphlogistica caeteraque remedia antiphlogistica, respectu constitutionis etc. adhibeas.

Sin inflammatio, talibus doloribus expressa, non sanatur, sive excitantibus remediis perverse adhibitis, sive majori inflammationis vi, sive aliis rebus aegrotum male afficientibus, morbi secundarii oriuntur, quorum hi sunt principes:

I. Caries.

Dividi potest caries in:

1. occultam; et in
2. manifestam.

Caries occulta vehementes dolores excitat, qui dolores osteocopi nominantur. Caries est ulcus osseum. Sanies, ab ulcere secreta, tanquam corpus alienum partes, quas tangit, irritat. Haec irritatio non solum os, sed etiam partes molles afficit, qua e caussa inflammatio oritur, quae, quum partes, permulta sensibilitate praeditas, corripiat, vehementes excitat dolores. Semper, ubi graves dolores osteocopi adsunt, per incisiones ulcus osseum (caries) adparet. Si incisiones non adhibes, crudelissimi dolores perstant,

sensim etiam cutis inflammatione afficitur et exulceratione destruitur. Tum sanies abulcere osseo secreta libere emanare potest, ideoque dolores mitigantur. Nunc igitur caries adest manifesta, quae numquam tam graves excitat dolores, quam caries occulta.

Curatio cariei occultae incassum hirudinibus aliisque remediis antiphlogisticis tentatur. Hirudines pro brevi temporis spatio levamen aegroto ferunt, sed tunc dolores denuo incipiunt et persaepe graviores existunt quam antea. Eodem modo res se habet cum usu opii externo et interno. Solum remedium est incisio, ut materies, ab ulcere secreta, libere effluere possit. Tum curatio cariei manifestae incipit. Qua in carie sananda hanc sequere legem, ut nunquam vehementibus remediis curationem expugnare studeas. Saepe ulcus aqua mundes, et ubi naturam partem ossis remoturam vides, hunc conatum cataplasmatibus emollientibus et incisionibus quoque adjuves.

Diaetam autem et remedia interna semper communi statui morboso accommodare debes. Remedia antiphlogistica perraro requiruntur, sed plerumque, quum aegroti vires diuturno malo fractae sint, methodus roborans: radix calami aromatici, caryophyllatae, cortex chinae etc., bonum vinum, caro elixa etc.

II. Exostoses et Spina ventosa.

Exostosis est partialis tumefactio ossis specie rotunda aut subrotunda.

Spina ventosa est excrescentia ossis partialis specie spinis simili.

Utrumque malam, teste DESRUELLIO, usum nimium hydrargyri, praecipue inunctiones sequitur.

Nonnunquam hirudinibus saepe adhibitis aut cataplasmatibus emollientibus, aut ulceribus artificialibus, cessisse dicuntur, sed certo perraro.

Plerumque autem utrumque malum paullum nocet, dolores nullos vel minus graves excitat, motionem saepissime non impedit. Quum autem eas removere melius esse judicetur, hoc remediis mechanicis perficere potes uti serra aut caelo.

CAP. V.

IRITIS SYPHILITICA.

Nunquam FRICKE eam in iis aegrotis vidit, qui sine hydrargyro curabantur. Ubicumque se ostendit, curatio fortissimis remediis antiphlogisticis perficitur, nullum aliud remedium requirens.

HILL (pag. 588) hoc de morbo his verbis loquitur: "Within the last eighteen months, I have had occasion to see three examples of iritis occurring in persons of a strongly marked strumous diathesis, two of whom had never been affected either with gonorrhoea or syphilis; and I have also, in that period, witnessed several, and treated other cases of this affection, some of which has succeeded to primary symptoms of syphilis, that had been removed under the use of mercury, and in all these examples the

complaint (iritis) was removed without having recourse to that medicine". —

Cole (pag. 268) his verbis utitur: "Mr. Carlisle, in default of every other species of evidence, finds ophthalmia affecting the iris, and causing an irregularity in the form of the pupil, as sufficiently characteristic of a syphilitic origin; whilst Mr. Pearson "believes that there are no specifie characters by which diseases of the eye or eyelids, produced by the action of the venereal virus, can be distinguished from those which are excited by other causes". In this dilemma, we may be allowed, with John Hunter, to doubt the existence of syphilitic ophthalmia.

EPILOGUS.

Haec methodus nova breviter exposita et falso plerumque antiphlogistica nominata est. Me hoc in opusculo omnes morbos syphiliticos sine hydrargyro curari posse confido demonstrasse.

Permulti quidem contra hanc methodum surrexerunt, S . . . . *) quidam in bibliotheca ab illustri Hufelandio edita opus a Desruellio conscriptum recensens nil alicujus momenti contra hanc methodum affert, nam argumento libri indicato, solum dicit se opinionem plurium germanicorum medicorum sequi, et hanc methodum non solum morbum non ab omni parte examinantem, sed etiam periculosam judicare. — Idem autem, credo, est, num plerique, num fere omnes medici contra aliquid disputent, nam hac in re experta, et nil nisi experta dijudicare possunt.

Neumann **), opus ab Oppenheimio editum recensens, se non mirari confirmat, medicum Hamburgensem *pro* methodo antiphlogistica disputare; neque equidem medicum Berolinensem *contra* eam arma movisse miror. —

---

*) Sechstes Stück. Junius. 1829. pag. 314 et seq.

**) Hufelandii bibliotheca. 1828. Siebentes Stück Julilus. pag. 22 et seq.

Tum methodum fame morbos curandi et methodum antiphlogisticam complectitur, quum utraque iisdem rationibus fundetur. Metum sibi inesse confirmat, ne ista experimenta persaepe repetantur et permultis aegrotis quam maximum damnum afferant. Ne hoc accidat, rationes veras expertis stabilitas illis experimentis opponere vult. Si hoc feceris, eris mihi magnus Apollo! Totam curationem luis venereae in eo sitam esse dicit, ut vita parasitica, quae aut nova infectione in homine aliquo sedem figat, aut jam sedem collocarit, intereat. Ut hoc perficias, totam vegetationem ita debilites, ut vita parasitica, ea massa, qua floruerat, destituta, intereat. Sed, si vegetatio postea rursus vires veteres assumserit, denuo vita parasitica etiam caput extollet. Hoc modo Neumann inediam et methodum antiphlogisticam contra luem veneream efficacem esse dicit. — Sed haec opinio quum falsa sit, jam inde colligi potest, quod methodus antiphlogistica, valde discrepans ab inedia, quae etiam in iis applicatur, qui nullo modo viribus abundant, tum solum (si firmis semperque stabilibus therapeuticis rationibus obsequeris) adhibetur, quum inflammatio aut irritatio adest. Si vera essent, quae vir ille nobis proposuit, fere nunquam methodo antiphlogistica certo lues venerea sanaretur. Sed quantis, quaeso, expertis eam revera certo firmeque omnes morbos syphiliticos curare demonstratum est, et quotidie demonstratur. Experta autem, quae sexcenties repetita semper eodem eventu felici instituebantur, nonnullis verbis non irrita reddi possunt. Neumann affirmat antiphlogisticam methodum, si cum inedia conjungatur, periculosissimam omnium, excepta

Arsenicali, esse; sin minus severe exerceatur, id tantum efficere, ut morbi progressus retardet, qui autem accelerentur, quando nutritio melior reddita fuerit, quamobrem haec methodus etiam incertissima sit.

Hic vir, mehercle, nonne legerit, quid Ware, Thomson, Rousseau, Desruelles, Günther, Fricke, Huber, Scott, Cole, Hill etc. de effectu novae methodi in publicum ediderunt? — Quibusnam argumentis dicta demonstrabit? Solum argumentum, quod affert hoc est, ut hypothesem suam de ratione, qua lues venerea corpus humanum agitet, proponat. Sed hypothesibus nil demonstratur; hypotheses, quamvis sagacissimae, expertis tamen opponi non possunt. — Si vera debilitas adest, inquit Neumann, methodus antiphlogistica pervalde nocet, aegrotumque ad Orcum abripere potest, et hoc etiam contra novam methodum pugnat. Verumenimvero quoties dicendum est, novam methodum non antiphlogisticam semper, sed roborantem quoque, et excitantem esse, et chinam eodem jure antisyphiliticam quam sal amarum etc. nominari posse, quum nonnullis in casibus syphiliticis china, aliis autem sale amaro uti debeas. — Paucissimis verbis Neumann in nosocomio berolinensi experimenta contra methodum antiphlogisticam pugnantia instituta fuisse refert, quae experimenta autem quum accuratius non descripserit, equidem non possum quin etiam silentio transeam.

Quod Dzondi et Simon affirmant, luem veneream sine hydrargyri usu curari non posse, partim facile cogitari potest, unde haec senten-

tia orta sit, quum ille mercurium sublimatum corrosivum ut semper certum firimumque contra syphilidem remedium omnibus commendet; hic autem methodum inunctionis maxime laudet; partim autem nec Dzondi nec Simon de nova methodo suffragia ferre possunt, quum nunquam curationem nova methodo institutam susceperint. — At Simon opiniones eorum, qui syphilidem sine hydrargyri usu curari credant, refutare vult, omnibusque luce clarius se demonstraturum jactat, luem veneream sine mercurio curari non posse, omnesque methodos ad eam sanandam susceptas non sufficientes esse, solumque auxilium suam methodum afferre, quae salivationem vehementem instituendam poscat. Dicit enim (pag. 488): "Wer die Syphilis gründlich heilen will, mufs zur Speichelkur schreiten." — Haec summa totius commentationis est; nam inanis ille strepitus verborum, quo complures paginas complet, convicia, quibus viros summa auctoritate jure florentes, consectatur, ostentatio ipsius methodi, omnes alios tanquam e crassissima ignorantia ortas rejiciens, istane inducere me possunt, ut par pari referam? — Sed ne verbis contra verba dimicare videar, quaero ex eo, cur Rosium, Guthrium, Thomsonum solos ex Anglis nominarit, qui methodum laudent antiphlogisticam? Respondet, propterea quod hi viri sunt principes (Stimmführer) aliorum. Sed Rosium et Guthrium tales esse non posse intelligitur, qui nonnunquam hydrargyro externe et interne utantur. Cur igitur non nominati sunt ab eo Todd, Rousseau, Ware, Hill, Alcock, Cole, Somerville ceterique, quos omnes sine dubio novit, quum per totam commentationem non solum scriptores

medicos se legisse ostendat, sed etiam historicos et adeo poëticos haud raro citet. — Quomodo autem logice verba definiat, ex his jam satis patere confido. Dicit enim pag. 474: "*hinlänglich* ist nur die Anwendung des Quecksilbers, welche die Lustseuche gründlich und für immer tilgt"; et pag. 481: "Gegen die reinen Formen der primären und secundären Lustseuche, sie seyen frisch oder veraltet, gutartig oder bösartig, kann absolut der Merkur, zweckmäfsig und *hinlänglich* angewandt, als wahres, eigenthümliches, unfehlbares Antidot betrachtet werden." — Ne falso strepitum inanem verborum ei objecisse videar, exemplum unum, ubi sexcentia reperire possum, citabo. Dicit pag. 591: "Warum an der Themse und an der Seine, oder gar am Ebro und am Tajo mühsam suchen, was Ihr (medici germanici) bequemer, besser und näher bei Euch selbst habt"? — Igitur quae extranei sunt experti, medicis germanicis ut non experta consideranda sunt?

Ubique fere citat WEDEMEYERUM, RUSTIUM, HUFELANDIUM, CHELIUM, HORNUM, si aliquid demonstrare vult, ubique auctoritate magnorum horum virorum nititur. Nil ego ei respondeo, satis enim est, quod COLE (pag. 266) dicit: "At last I found the mercurialists intrenching themselves behind precedent, and the authority of great names, from which they were ultimately driven by the force of stubborn facts and unanswerable arguments." — Summo gaudio omnes libros, qui contra novam methodum conscripti sint, perlegissem et libentissime argumenta ex iis hausta eique non faventia aut recepissem

aut refutassem, sed plures in divite bibliotheca goettingensi invenire non potui. In hac vero re, quum non brevi temporis spatio animum occuparit, etiam in posterum versabor, et majore et meliore opere eventus tam theoreticorum quam practicorum studiorum summo veri amore ductus lectoribus ante oculos ponam. Nunquam autem nomina magnorum virorum, qui summa fruebantur aut fruuntur auctoritate, me inducere possunt, ut aliter aliquid dicam, quam ipse expertis et argumentis usus verum existimem.

Quum jam omnibus satis constet, aut constare debeat, omnes morbos syphiliticos sine mercurio sanari posse, ut graviorem questionem: num omnes morbi syphilitici, quum *possint* sine hydrargyro curari, etiam *debeant*, an nonnulli cum hydrargyro, alii sine eo tractandi sint, facillime et tutissime solvamus, optimum esse puto, ut omnes medici per quoddam temporis spatium diversa hydrargyri praeparata methodosque ejus adhibendi relinquant, novamque tentent. Atqui summo jure medici germanici salva erga aegrotos religione hoc conari possunt, quum major pars medicorum hoc jam fecerit, nam in Gallia, Anglia, Italia, Lusitania, America et in Germania in nonnullis urbibus haec methodus, summa aegrotorum salute, floret, ita ut vere dici possit: majorem partem aegrotorum morbo syphilitico laborantium sine hydrargyro curari. Metus autem, ne terribiles illi morbi secundarii, fere semper falsissimis coloribus nobis depicti, tales aegrotos serius corripiant, mortique devoveant, longo tempore, quo nemo illos morbos surrexisse affirmans exstitit, vanus redditus est. Nam non aliqua experimenta superioribus annis instituta in

publicum edita sunt, sed toties repetita, ut innumerabilia sint, tam diu facta, ut pertinacissimum scepticum saltem ad investigandam hanc rem tempus adesse confiteri putem.

Quae quidem hac dissertatione inprimis demonstrare conatus sum, haec sunt:

I.

Eam conclusionem, quod morbus syphiliticus non existat, propterea quod communibus therapeuticis rationibus ad sanum statum reduci possit, falsam esse; multos enim morbos, a contagio quodam ortos, quotidie simplicibus curamus remediis.

II.

Morbum venereum multo leniorem factum esse, sive ipsa morbi diuturnitate, sive remediis toties felici eventu adhibitis, sive conditionibus, quibus ortus est et postea sustinebatur, remotis.

III.

Nullam opinionem de origine hujus morbi ita placere posse, ut accipiatur.

IV.

Signa sufficientis hydrargyri in hoc morbo usus certa nulla esse.

V.

Signa morbi venerei pathognomonica usque ad hunc diem non reperta esse.

VI.

Morbos secundarios curationi sine hydrargyro aut rarius succedere, aut ubi frequentius eam sequantur, multo esse leniores ad unum omnes consentire.

VII.

Tempus Curationis, quamvis a nonnullis longius dicatur, plerosque brevius esse contendere.

VIII.

Constitutionem nova methodo multo minus affici.

IX.

Sublatam esse inconstantiam veteris methodi, quae in gonorrhoea curanda remedia antiphlogistica, in ulcere sanando hydrargyrum adhibuerit.

X.

Novam methodum jure *m*) antiphlogisticam nominari non posse.

---

m) Eodem modo immerito permulti eam anglicam nominant, nam si peculiare hujus methodi nomen usurpare vis, *americanam* eam vocare debes; ROUSSEAU enim in America primus omnium his temporibus virus venereum existere dubitavit et remediis simplicibus hunc morbum curavit. —